ſimul obtentu fidei vobis debitæ amicos necaverit.

Cùm autem ſummo eſſet in honore, maximaque dignatione, pollicitus ſe civitatem ſervaturum incolumem; ipſemet eam perdidit, affirmans ſe rem inveniſſe magni momenti ſummæque utilitatis. Promiſerat autem ſe pacem compoſiturum, neque vadibus datis, neque mœnibus dirutis, neque navibus traditis. Quænam hæc eſſent (ſummæ utilitatis,) cum nullo comunicare voluit, ſed vos ſibi confidere juſſit. Vos verò, viri Athenienſes, conſilio quidem in Areo pago de ſalute patriæ deliberante, multisq; Therameni contradicentibus, quamvis ſciretis, quod alii quidem hoſtes de arcanis ſuis cælarent; ille autem inter ſuos cives ea dicere nollet, quæ poſtea hoſtibus erat enunciaturus; ipſi tamen comiſiſtis & patriam & liberos, & uxores & vos ipſos. Hic autem nihil eorum, quæ promiſerat,

διὰ δὲ τὴν πρὸς ὑμᾶς, τοὺς φίλους ἀπώλεσεν.

Τιμώμενος δὲ καὶ τῶν μεγίστων ἀξιούμενος, αὐτὸς ἐπαγγειλάμενος σώσειν τὴν πόλιν, αὐτὸς ἀπώλεσε· φάσκων πρᾶγμα εὑρηκέναι μέγα καὶ πολλοῦ ἄξιον. ὑπέσχετο δὲ εἰρήνην ποιήσειν, μήτε ὅμηρα δοὺς, μήτε τὰ τείχη καθελὼν, μήτε τὰς ναῦς παραδοὺς· ταῦτα δὲ εἰπεῖν μὲν οὐδενὶ ἠθέλησεν, ἐκέλευσε δὲ αὐτῷ πιστεύειν. ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πραττούσης μὲν τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς σωτηρίαν, ἀντιλεγόντων δὲ πολλῶν Θηραμένει, εἰδότες δὲ ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι ἄνθρωποι τῶν πολεμίων ἕνεκεν τἀπόρρητα ποιοῦνται, ἐκεῖνος δ᾽ ἐν τοῖς αὑτοῦ πολίταις οὐκ ἠθέλησεν εἰπεῖν ταῦθ᾽, ἃ τοὺς πολεμίους ἔμελλεν ἐρεῖν, ὅμως ἐπέτρεψατε αὐτῷ πατρίδα, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας, καὶ ὑμᾶς

præ-